










Nicolaus Pol Doctor · 1494 ·

55. **CHAMPIER,** Symphorien. **Epitome Commentariorum Galeni in libros Hippocratis,** primus aphorismorum, secundus pronosticorum, tertius regiminis acutorum morborum, quartus epidemiarum. Centiloquium isagogicum in libros Hippocratis. Black letter. Title printed in red and black. 12, 104 and 4 leaves. *Large woodcut border around the title with J. Marion's small printer's device;* woodcut initials. Large 8vo. Lyons, J. Marion, **1516.**

Bound up with:

— **Ars parva Galeni.** Subiuguntur paradoxa, in quibus praeclarissima quae a Trusiano, Gentili, Jacobo Forliviensi, Sermoneta et Ugone Senensi narrantur. Additiones Haly Rodoan. Black letter. 16 and 64 leaves (last blank). Title printed in red and black. Printer's device on last leaf. Pretty woodcut initials. Large 8vo. (Lyons, J. Marion, **1516**).

Bound together with:

— **Cathegoriae medicinales** in libros demonstrationum Galeni. Black letter. 40 leaves (last blank). *With the large printer's device of J. Marion* representing Saint Paul and Saint Peter with the holy handkerchief; woodcut initials. Large 8vo. Lyons, J. Marion, **1516.**

Three different works bound together. *Pretty original (French?) binding,* blind stamped red calf, richly decorated with borders of flowers, animals, ornaments, stamps in the four corners (binding in places slightly scratched, otherwise in very good condition). Frs. 450.—

Fine collection of three different works by Champier, beautifully printed by that famous early French press.

One of the earliest of the French humanists was Symphorien Champier (1472-1539), of Lyons, a medical graduate of Pavia (1515), physician to Charles VIII, Louis XII and the Duke of Lorraine. Champier was one of the last conciliators of Greek and Arabist doctrine. He planned to bring Hippocrates, Galen, Celsus and Avicenna into a kind of symphonic relation with one another (Garrison).

I: Allut, p. 180-82. Contains an interesting chapter on **Syphilis** (chapter X, folio 13, de morbo pthenopeo seu pudendagra sive morbo napolitano). Besides we mention: De cucula (wooping-cough), de intestinis, de olfactu etc. Adorned by a fine border around the red printed title and numerous woodcut initials.

II: Allut, p. 183-84. We mention: De signis ventriculi natura siccioris, de partibus cognitu facilioribus, de fractura, de punctione nervi etc.

III: Allut, p. 178.

COPIES OF THE EARLY EDITIONS OF CHAMPIER'S WORKS, ARE, EVEN IN THE FRENCH BOOK TRADE, OF GREAT RARITY.


P V



Cathegorie Medicinales.

Symphoriani Chā-
perij Lugdunēſis: in libros de-
monſtrationum Galeni Cathe
gorie medicinales. In quibus
preclariſſima queq;: et digna
lectu que Galenus in Demōſtratiuis ſermo
nibus: et Ariſtoteles in Cathegorijs & natu-
ralium libris ſcripſerunt: breuiter clareq; et
placido ſtilo pertractantur atq; declarantur
ſententie.



¶ Preclarissimum artium et medicine docto-
rem: dominum Albertum de Podio: serenissi
me Gallorum Regine Claudie consiliarium:
ac primarium physicum dignissimū. Simpho-
rianus Champerius Lugdunēsis: illustrissimi
Ducis Calabrum. Lotharingorum. et Barrē-
sium &c. itidē medicus primarius. Salute plu
rima impartit.



Itto ad te cathegorias aliquas: partim nuper
a me editas: partim recognitas. Cathegorias
inquis mittis: cathegorias sane: sed medicina-
les philosophicas ac literatas et physicis neces
sarias: nimirū vt rideas: si tamē vnq̄ ridere po
tes: homo tot curis districtus: tot negotiorum fluctibus ob-
rutus. Sed cui potius mittam: quicquid fuerit illud: seu lu-
dicrum: seu serium: quod mee camoene produxerint: q̄ tibi
vnico meo mecoenati: qui solus et addis animū Smphoria
no: et alis ingenium: et otium suppeditas: et ornas studia.
Te hortor Alberte mi carissime vt cathegorias hasce in vnū
quasi corpus constipatas perlegas: habeasq̄ frequenter in
manibus: quarum lectione amicitia nostra fiat cumulatior:
vita frugalior: sed ne morosior sit prologus q̄ fabula vale: et
Champerium tuum qui tibi mancipatus est qd facis ama.

¶ Simphoriani champerij Lugdunensis Medicinales cathegorie ad preclarissimum artiũ ⁊ medicine doctorem dominum albertũ de podio christianissime gallorũ regine consiliariũ ac simul physicũ primariũ.

¶ Quid sit dialectica. Caput primum.



Dialectica que latine ars differẽdi nominatur artium fere maxima teste augustino bene disputandi est scientia: docet enim vnde erui possint argumẽta: explicando definit obscura explanat interpretãdo: ambiguũ primũ videt. deinde distinguit. postremo regulam adhibet: qua vera et falsa iudicentur: ⁊ que quibus propositis sint queqꝫ non sint consequentia quasi lucem afferens ad ea que confuse: aut aguntur: aut respondentur: quam primus fertur excogitasse zeno Talentagorij filius. Democriti et pythagore temporibus octuagesimaoctaua Olympiade Discipulus zenophanis: ⁊ parmenidis qui tradidit: que de philosophia postea scripsit Empedocles: aliquanto autem post ipsam Aristoteles locupletauit dialecticam. que mea quidem sententia in tris diuidi potest partes. inueniendi vnam. Alteram iudicandi. Tertiam: quam possumus dicere elementariam: que argumentorum: ac argumentationum nobis suggerit elementa. vnde sensuum: ⁊ verborum primordia comparantur: sine qua quid sit: de quo disputandum sit: ⁊ quo pacto ad medicam artem penetrandũ videatur: certum non est. quamobrem de hac Elementaria differẽdũ primo est: in qua re explicãda inutile puto ꝑ minutas rerum particulas rationem docendi concidere: quo vitio: vt multi laborauerunt: ita hanc artem facere obscuriorem: quam enim oportet ad confirmandas instrumentum esse disciplinas effectum est istorum operosa traditione: vt in

Aurelius augustinus in libro de pri͂cipijs dialectice.

cōmētarijs dialecticis discētes cōsenescāt: p̄sertim eodem so-
phismata reuoluēdo: nec scientias alias: preter ad modum
ex ijs pauca attingant. Elementaria igitur appellamus pre
dicabiliū seu quinq̄ vocū. predicamētorūq̄: que Cathegorie
nuncupātur peritiam: necnon orationis partiū cognitionem
vnde vis argumētorū atq̄ argumētationū omnis emanat.
¶Pauca igitur primuz p̄fabimur de eis que cognitu medico
necessaria vidētur: quibus expositis nec pluribus quā phisi
co opus sit: nec paucioribus q̄p cōmodum intelligentie fore
videatur inueniēdi partē ostendemus. Sunt enim prima ge
nera que generalissima ⁊ predicamenta logici vocant decem
Substantia. Quātitas. Qualitas. Ad aliqd. Actio: passio:
vbi: quando: situs ⁊ habitus. horū interrogata sunt. Quid
Quātū. Quale. Cui⁹. Quid agit. Quid patit. vbi est. Quā
do est. Quomodo est. Quid habet. in hac parte denas ratio
nes presens libellus scrutabitur deq̄ ea sigillatim rogabit:
que sint omniū propria predicamētorum. In primis autē a
substantie predicamēto inchoantes: percunctabimur de sub
stantia quid sit. Quare autē omnē verborū maiestatē facun
diā eloquijq̄ latini phaleras relinquēs quotidianū planeq̄
rudē sermonē in hac editione elegerim: si pcōtaueris: non in
cōsulte hoc aūt esse scias. Sunt etem̄ nostri medici hac tēpe
state plurimum incōpti. quibus satis est: immo ex industria
eos delectat tritus ac rudis sermo magisq̄p latinorū vocabu
lorū obseruantia. quapropter mutāda est loquēdi ratio. Est
em̄ mihi cū barbaris penis arabibus sermo ⁊ (vt lepide est
in p̄uerbio) balbi non nisi balbos intelligunt.

De elemē
taria par
te.

¶ De vsia siue substantia. Caput. ij.



Cathegorie decem sunt: quarū prima vsia est: scili-
cet que nouem ceteras sustinet. Relique vero no-
uem accidentia sunt. Ipsa autem vsia (vt augusti
no placet) genus non habet: cum omnia ipsa su-

stineat. Est igitur vsia proprie & principaliter dicta: que neqꝫ in subiecto est: neqꝫ de subiecto significatur: vt est hic homo: vel hic equus. Secunde dicuntur vsie genus & species: propterea: qꝫ indicent primam. Et quia hic substantia diuiditur in primam & secundam: ipsa est accipienda communiter: non in prima: sed in secunda impositione. Et diffinitur sic. Est terminus formaliter: principaliter: & vltimate & absolute substantiam communiter acceptam significans. Nos enim terminos predicamentales dicimus ꝫm intentionem Aristotolis Augustini & boetij in significatione nõ materiali que non vltimata est: sed in significatione personali que est significatio vltimata vt etiam patet manifeste: ex secunda et tertia proprietatibus huius predicamenti: que non rebus: sed solis terminis congruere possint. Substantia autem diuiditur in primam & secundam: & in hac diuisione accipienda est substantia. In secunda impositione & communiter. valet ergo hec diuisio tantum substantia id est terminus substantialis: siue terminus absolutus: diuiditur in substantiam primam, que est indiuiduum huius predicamenti. Et in substantiam secundam: que est genus vel species in hoc predicamento: vt dicit Aristoteles. Est enim prima substantia que proprie: principaliter: & maxime substare dicitur vt iste homo: iste equus. vel prima substantia est: que neqꝫ in subiecto est neqꝫ de subiecto dicitur. Secunda vero substãtia est. que de subiecto quodam dicitur: non autem est in subiecto vt homo: equus: animal. Commune est omni substantie: esse nõ in subiecto. Item omnibus secundis substantijs: & differentijs conuenit vniuoce predicari. Item omnis prima substantia significat hoc aliquid. Nec ei quicqꝫ est contrarium. verũ & proprium est substantie non suscipere magis neqꝫ minus. Maxime vero proprium est substantie ꝫm sui mutationem esse susceptiuam contrariorum: vt homo nunc albus deinde niger.

¶ Qui termini sint in predicamento substantie reponibiles. Caput tertium.


Cto canones ad cognoscendum terminos p̄dicamenti substantie sunt. Primus omne nomen significans corpus simplex: vt Celū. Ignis. Aer. Aqua. Terra. Itē noīa astroꝝ vt Sol. Luna. Mars. Mercurius. Jupiter Venus. Saturnus. Canis. hesperus.

¶ Secundus canon.


Omina omnia propria aquarum fluuiorum hominū ciuitatum: aut aliorum locorum: vt Rodanus. arar. Johannes. Simphorianus. Lugduñ. Gallia. Hispania.

¶ Tertius canon.

¶ Omnia nomina gemmarum ⁊ lapidum vt smaragdus: cristallus: iaspis: lapis: petra: saxum.

¶ Quartus canon.

¶ Omnia nomina metallorū: vt aurum: argentum: stānū: metallum: plumbum: cuprum ⁊c.

¶ Quintus canon.

¶ Nomina plantarū puta arborū: herbarū: vel fructuū: vt pir⁹: pirū: vitis: rutha: absinthiū: arbor: herba: fruct⁹: plāta.

¶ Sextus canon.

¶ Omnia nomina seminum vt ordeum: triticuꝫ: siligo: spelta: auena.

¶ Septimus canon.

¶ Nomina animaliū vt homo: brutū: canis: leo. Etiā illorū ꝓpria: vel appellatiua: siue sit gressibile: siue serpens: aut reptile: volatile aut aquaticum: aut grisellus: brunellus: fauellus: vermis: piscis: vipera: concha.

¶ Octauus canon.

¶ Omnia nomina liquorũ: vt vinum: oleum: acetũ: encaustum. Item quicũq3 terminus predicabilis quidditatiue: de prima substantia.

¶ Canonis primi expositio de vniuerso. Caput. iiij.



Circa primũ canonem forsitan aliquis importunus cauillator querere posset. Quomodo mũdum diuidis. Respondebimus in Ethereũ et elemẽtarẽ. Rursus ethereus in celos vndecim partitur qui sunt. Emphireum immobile. Decimũ qd primũ mobile dicũt Nonũ qd secũdum mobile et Octauũ qd celum stellatum siue firmamẽtum appellãt. Sub quo celi planetarũ septẽ ponuntur. Saturni scz Iouis. Martis. Solis. Veneris. Mercurij et Lune. quãq3 Aegyptij Aristoteles quoq3 et plato solẽ lune proximũ collocẽt. nõnulli pro sitũ planetarũ incertum esse fatentur. Et antiquiores fere omnes supra octauam spherem nullã aliam esse arbitrati sunt. Nonnulli etiam vltra celum Emphireum: celum trinitatis annumerant: quod dicunt esse deum secundum rem et differre ratione. nihil tamen aliud est (vt scribit albertus) q3 virtutis eius excellentia qua continet et ambit omnia creata. Et esse in tali celo est esse in equalitate virtutis dei omnia continentis atq3 saluantis quod solum conuenit patri filio et spiritui sancto. Mundus vero elementaris in quattuor spheras videlicet: ignis aeris: aque: et terre sciditur: quorum quodlibet in materiam et speciem siue formam resolui potest. Sunt enim eadem principia resolutionis et compositionis. Unũquodq3 elementorum ex primis qualitatibus duas continet: quarum primam sibi in summo (per naturam possibilem) determinat. Unde ignis calidus est et siccus. Aer humidus et calidus. Aqua frigida et humida. Terra sicca et frigida. Et inter hec ignis calidior. Aer humidior. Aqua frigidior. et terra comprobatur siccior. Et rursus ignis in calore aeri. In siccitate vero terre simbolisat: id est conuenit. in vtraq3 autem aque apponitur. Aer in calore igni: in humiditate aque congruit: et invtraq3 a terra secernitur. Aqua in humiditate aeri in frigore terre copulatur in vtraq3 vero igni disiungitur. Terra in frigore aq̃: in siccitate igni similatur in vtraq3 aeri contraria reperitur Simbola itaq3 sũt ignis et aer in caliditate: ignis et terra i siccitate. Aer et aq̃ in humore: aqua et terra in frigore. Nõ simbolisantia pro sũt ignis et aq̃: aer et terra. In simbolis q̃dẽ trãsitus fit facilior:

in non simbolis autem difficilior et hoc verum est dum resisten-
tiam attendimus. In his enim vna qualitatum: in illis autem
ambe resistunt.

¶ Secundi canonis expositio de fontium
origine et fluuiorum. Caput. v.




Erre venter cõcauitatibus et meatibus quasi vi-
sceribus plenus est in quibus vapores sunt eleua
ti a terra: qui cum in lateribus cauernarũ in aquã
resoluuntur guttatim distillant: riuulos efficiunt
qui vndiquaque in loco bassiore confluentes: tan-
dem erumpentes fontem faciunt. Fluminum pro
cause eedem sunt que et fontium. Flumen equidem fontium con
cursus est vnde ex fontibus Ior. et Dan. qui sunt ad radices liba
ni: fluuius iordanis equibus et nomẽ habet efficitur. idem de flu
minibus gallie nostre vt Rhodani et araris in promptu est vide-
re. Sed forsitam diceret aliquis dic queso vnde thermis tanta
caliditas et fontibus tanta diuersitas in sapore: colore: et varijs
effectibus. Respondent philosophi quod therme calefiunt quia circa
mineras sulfureas et accensas fluunt. Fontium autem diuersitas
est ex varia primarum qualitatum permixtione influentium con-
cursu: minerarum quoque et terrarum per quas transeunt diuersi-
tate. Eorum vero que mirabiliora videntur rationem particula
rem reddere difficilimum. Est enim vt vult Augustinus fons in
Epiro qui accensam facem extinguit: extinctam autem accendit
Et alius est in gallia nostra similis fere non longe a grationopo
li ciuitate. Est et alius apud Garamantes indie tam frigidus vt
bibi non possit: in nocte autem tante caliditatis vt tangi nequeat
horũ ratio vt aiunt vis est nature: aut potius creatoris volũtas.

De ciuitate dei. ca. v. et ca. vij

¶ Cõmunis de omnibus lapidibus do-
ctrina. Caput. vj.

Tertij canonis expositio.



Apides ex vapore et exalatione cum luto viscoso
permixta: actione longa diuersorum colorum et effi
catie multiplicis secundum materie naturas producuntur
pura autem terra lapis non fit. vincens enim in eo sic
citas: ipsam coagulari non permittit. vnde nisi vn-
dequaque irrigua esset aquis: sicut corpus animalis
sanguine: partes eius non cohererent. Aqua vero lapis fieri põt

si vel guttatim cadens cōgelat frigore: aut coagulat virtute mi neralí vñ hanc materiā Raymūdus heremita in lapidario lucu- lentissime ꝓsecutus est. interdū etiā spuma aquarū in lapidē ver titur. ligna quoqꝫ in aqua: in lapides vertunt. Arena itē ex luto viscoso indurat. Conspicimus lapides preciosos virtutes mira- biles ꝛ occultas habere. que ex qualitatib⁹ ꝛ naturis nō possunt cōsurgere elemētorū cū nihil agat vltra suā speciē ꝛ agēs omnē effectū sibi ꝓportionabilē in materiā introducat. Et ideo bene sensit pharmacorū tertio capitulis primo ꝛ tertio distinctiōis se cunde Galenus q hmōi actiōes per rationes a qualitatib⁹ sum ptas elementorū inuestigari nō possunt sed per experientiā ma- gis cū ex alia natura prodeant altiori in cōpositū q̄ꝫ sit elemēta- ris natura puta celesti. Propter qd̄ extra actionē a qualitate cō- uersiuā oportet aliā subiūgere q̄ actio ꝓprietatis occulte seu for me specifice siue spēi totius appellat. Omnē tñ actionē virtutis occulte precedit actio quedā seu affectio ꝛ dispositio qualitati- ua. vnde pharmacorum tertio capite penultimo galenus inquit. Omnis medicina similis in substātia que vehemētioris extat ca liditatis est plus attractiua. Auxiliatur enim caliditas ei quod per similitudinem facit.

¶ Quarti canonis expositio de metallis. Ca. vij.



Etalla ex vaporibus ꝛ exalationibus actione qua litatū primarū ꝛ motu ꝛ calore celesti in terre visce ribus ꝓcreant. rōne em̄ mot⁹ celi calor maxim⁹ cir ca centrū generat ꝫm Calcidiū platonicum. vnde plinius: fundus terre preciosissimus est. ibi em̄ oēs influentie celestes cōfluūt ꝛ gēmas ꝑciosas ꝛ me- talla causant. Sed an metallorū trāsmutatio de qua alchimiste se iactāt sit possibilis aliquis ꝑcuntet. Respōdem⁹ minime. Sūt em̄ q̄ talia querūt de quib⁹ dr eoꝝ laborē esse vanitatē q̄ sine deo querūt veritatē. Sūt certe illi q̄ vulgo Alchimiste nūcupant qui auaricie cupiditate delusi volūt ex ere ꝛ fumo aurū elicere q̄ fal lacibus experimētis circūacti dū querūt diuitias: incurrunt ino- piā. Sic illi vana curiositate delusi: vbi aurū putant: cinerē inue- niunt. vident em̄ esse de numero illoꝝ de q̄b⁹ Apostolus scribit. Semꝑ discētes ꝛ nūq̄ꝫ ad sciam veritatis peruenientes.

¶ Communis de plantis ꝛ seminibus doctrina quin tum ꝛ sextum comprehendens canones. Ca. viij.



Planta radice loco oris: que nutrimentum accipit ⁊ medulla pro stomacho corde ⁊ epate vtitur: in quibus acceptum nutrimentum digerit: ⁊ digestum partibus singulis per venulas subtiles trāsmittit. Stipitem pro corpore medullam continente: corticem pro cute stipitem protegente. Folia autem ad fructuum defensionem: ⁊ nodos loco neruorum membra colligantium accipit. Fructum vero in vsum viuentium ⁊ ornatum vniuersi. semen insuper pro speciei conseruatione gignit. Et in hec quoq; elementorum partes pportionabiliter distribuitur. Terreum namq; quod multum est in stipitis ⁊ durarum partium substantiam transit: humidum aquosum quod parum est in folia ⁊ corticem. Aereum subtile quod est minus in florem. quod autem viscosum in fructum assumit: in eo autem quod sementis vices agit: igneum quod minimum est delitescit. per terram coheret. per aquam se diffundit: per aerem ⁊ ignem planta consurgit. Plato vt galeno placet videtur recte dicere sensum habere plantas alienorum ⁊ familiarium videlicet. Et ſm hoc animalia cōuenienter vtiq; dici cum hoc ꝙ neq; eo q̇ ex his motu priuank: sed neq; huius cognitione necessaria existente in medicinalē philosophiam habeo propter consequentiam solam sufficienter vsq; ad suasibile perueniens laudare platonem: ⁊ animalia vocātem plantas: ⁊ participare sensu solo dicentem familiarium ⁊ alienorum dignotio. Qui si diligenter consideraueris generis delectabilium ⁊ non delectabilium existens videbitur: propter nil enim aliud possibile est dicere attrahere ipsas quod propriumvel assimilare sibi ipsis'ꝙ propter voluptuationem ⁊ innascentem eis delectationem. sed quemadmodum dixit plato: sufficit ad medicinam scire hoc solum: quoniam trahit quidem quod familiare quo ⁊ nutritur: excernit autem quod alienum. Adhuc autem magis ad philosophiam moralem inutilis est horum talium certa noticia: vnde nec plato eius meminit. De seminibus autem dico ꝙ omnia odorata vrinam ciere possunt: quia calida ⁊ tenuia sunt tale autem quodcunq; vrinam citat: celeriter enim calor inditijs ille extenuat. nec odor ipse aliqua corpulentia concretus est. Nam ⁊ que non bene olent velut allia: vi sui caloris vrinam mouent. vel potius vim resoluendi liquefaciendiq; obtinent. Calida vero semina que bene olent: ideo ꝙ odor omnino calore afficitur: foetida sane in concoctu sunt.

Diu' ambrosius in hexame. lib. iij. ca. xiiij.

Galenus in libro ꝺ subīa virtutū naturalium.

De animalibus communis doctrina. Caput .ix.

Expositio septimi canonis.

Gregorius frater basilii magni libro de hoīe. cap. primo.



Hominem ex anima intellectuali ⁊ corpore: tam optime constitutum: ꝙ non conueniebat aliter factum esse: multis ⁊ sapiētibus viris visum est: intellectualia enim ⁊ sensibilia deus per mediam hominum ꝓductionem in vnum coegit. ideoq́ (vt Gregorius nicenus scribit) Moyses bene creationem describēs: vltimo dixit hominem creatum esse. Non solum quoniam omnibus propter eum factis conueniens erat primum ea que ad vsum eius accommoda essent creari: ⁊ ita ipsum qui his vsurus induci: sed quoniam intellectuali producta substantia: insuper et sensibili necesse erat quandam etiam copulam vtrorumq́ produci: vt vnum sit hoc vniuersum ⁊ consentiens sibijpsi ⁊ non alienum a seipso. Factum est igitur quod copulat vtrasq́ naturas animal homo. At que sunt sapientie conditoris: vt breuitati consulamus talia existunt. Medius ergo terminus irrationalis ⁊ rationalis nature homo constitutus: si ad corpus quidem prorepserit: ⁊ que corporis sunt plus amauerit: irrationalium amplectitur vitam: ⁊ his cōnumerabitur atq́ terrenus vocabitur secundum paulum apostolum: ⁊ audiet: terra es ⁊ in terram ibis: ⁊ comparatus es iumentis incipientibus ⁊ similis factus es eis. Si vero ad rationem accesserit corporales voluptates omnes contēnens diuinam ⁊ deo amabilem transiget vitam: ⁊ eam que est hominis maxime: tunc sane erit hoc quod dictum est. Qualis qui terrenus: tales ⁊ qui terreni: ⁊ qualis super celestis tales ⁊ qui super celestes. Rationalis autem nature precipuum est fugere quidem ⁊ auersari mala peragere vero ⁊ eligere bona. Alia vero animalia sunt irrationalia que in quadrūplici ordine distinguimus. Sunt enī quedam vt ait scriptura volatilia: quedam natatilia: quedam reptilia: ⁊ quedam gressibilia. Volatilia aues sunt: que alis seipsas per aera quo tendunt mouent. Natatilia pisces sunt in quibus sexuum discretio est: ⁊ in pluribus corporis mole patet. Nam femine maribus ⁊ maiores sunt ⁊ longiores: carne quoq́ duriores reperiuntur. Et qui sexu discernuntur ventrem attritione coeunt: tanta autem celeritate vt visum fallant: ordinem tamen nature seruant in sexu et genere vt nunq́ piscis cū alterius genere pisce cōmisceatur: dempta murena: q̄ sibilo vipe ad lit⁹ euocata cū ea coit vt diuus Ambrosi⁹ refert in hexamerō.

Genes. .i.

Diu⁹ Ambrosius.

Reptilia vero sunt que corporis cõtractioni ⁊ extẽtioni innitunt quib⁹ se in anteri⁹ mouẽt: pte equidẽ anteriore se extendũt: qua si aliqd solidi apprehẽdũt: reliquũ corpis post se trahunt. Et hec rursus trifarie partiũtur. Sũt eñ que squamis pro vnguib⁹/⁊ co stis crurium loco vtunt: ⁊ serpẽtia dici pñt: vt colubri. Et sunt q̃ ore solidũ cõprehendẽtes se trahũt: que trahentia dici solent. vt vermes. Et sunt que q̃tuis pedibus moueant: magnã tamẽ corporis partẽ terre applicãt/⁊ cõi noĩe reptilia appellant: sicut lacerte/stelliones/ ⁊ plures vermiũ spẽs. Que ꝟo pedibus gradiũtur duobus: pluribusve semp tamen equalibus: ⁊ reliqua corpis parte terre nõ innitunt gressibilia sunt. Et hec oĩa cõditor rerum ab initio ꝟbo suo in esse ꝓdire iussit dicẽs. Producat terra aĩaʒ viuentẽ in gñe suo iumẽta ⁊ reptilia ⁊ bestias terre ꝫ spẽs suas.

De liquoribus communis doctrina. Cap. x.

Canonis octaui expositio.



Liquidus molle fluxũ significat. vnde vir. Aut cum liquentia mella stipant. Aliquando ponitur pro puro vt vir. in. iiij. Dulcia mella premes nec tantum dulcia q̃tum. ⁊ liquida id est defecata ⁊ sine sordibus. Est autem liquere liquidũ seu molla esse quod instar olei discurrit. hic liquesco. liquidus fio. liquorũ species plures sunt vt vinum: oleum/acetum/encaustum. Vinuʒ vtimur in potu: fuit eñ potus duarum causa vtilitatũ necessarius. Altera est vt corpus humectaret repleretq; locũ earũ que dissoluunt humiditatũ substantiarum. Altera vero vt cibum transmittat: ⁊ ad omnia perferat membra corporis: ⁊ illi prestent tenuitatem: qua eius facilitetur transmissio per meatus ⁊ vias. De substãtia quidem satis.

Haly ab has quinto theorice. caput xxix.

Liber secundus de predicamento quantitatis.

Quid Quantitas. Caput primum.



Quantitas in prima impositione. vt pro rebus supponit saltem aptitudinali suppositione. Describitur sic. Est entitas: ꝑm quã vl' sibi simile in specie: aliquid natum est dici quantum: vel aliquantum. Et sic est genus generalissimum huius predicamenti. Diffinitur autem ab Aristotele. v. meta

physice eius concretum scilicet quantum. Et est qd est diui-
sibile in ea que insunt: quorum vtrumq3 aut singulum: vnuz
qd: & hui9 natū est esse. Et ex hac sua diffinitiōe cōcreti: elici-
mus hanc diffinitionē abstracti sc3. Quantitas est diuisibile
per se: quo aliquid aliud a se: reddit diuisibile in partes que
insunt. quarū quelibet nata est esse hoc aliquid in actu. Quā
titatis. Aliud continuum aliud discretum. Est autem discre
ta quantitas siue multitudo: cuius partes nō copulantur ad
aliquem terminum cōmunem. sed vna queq3 discreta est & di
uisa ab altera vt duo: tria: quattuor. Et apud Aristotelem
oratio est quedam species multitudinis siue discrete quanti-
tatis. partium namq3 orationis: tam remotarum ꝙ propin-
quarum: nullus est terminus cōis ad quem copulentur.


¶ De quantitate continua. Cap. ij.



Quantitas continua est: cuius partes copulan
tur ad aliquem terminum cōmunez. id est con-
tinua quantitas est de cuius ratione (vt sic) est
ꝙ quelibet eius pars quātificatiua: copuletur
cum qualibet altera: ad aliquem terminum cō
munem: qui sit principiuz vnius & finis alterius. Et talis ter
minus communis in linea dicitur esse punctus qui si prima-
tiue sumatur: est nō ens sc3 absentia vlterioris extentionis.
Si vō positiue accipiatur: est quedam minuta pars: indiuisi
biliter considerata ꝙuis ſm se nō sit indiuisibilis: de eius tñ
diuisione nō curāt philosophātes. Quātitatis cōtinue sunt
quinq3 species que sunt linea: superficies: corpus: tempus
& locus. Linea est longitudo sine latitudine & profunditate
cuius extremitates sunt duo puncta vt stadium: vlna: pal-
ma: pedale: bipedale &c. Beatus Augustinus in suis cathe-
gorijs dicit de linea nō ꝙ sit longitudo aliqua: que careat la-
titudine: sed ꝙ solam quis metiens longitudinem: gramme

id est linea dicitur metiri. sic quoqȝ de superficie sentiendum est recte intelligenti. Diffinitur enim sic superficies. Est longitudo ⁊ latitudo: sine profunditate: cuius extremitates sunt linee: id est: est magnitudo considerata ꝟm longitudinē ⁊ latitudinem tantum vt ager: vinea: pratum: iuger: hortus. Corpus capitur non vt in predicamento substantie: sed vt sic describitur. Est magnitudo considerata ꝟm trinam suam dimensionem scilicet ꝟm longitudinem latitudinem et profunditatem: vt stupa: quarta: mensura: quartale: octale: modius plaustrum: metreta. Et he tres species magnitudinis: sunt eius vere species. Cuiusmodi locus ⁊ tempus non sunt. Et ad Aristotelem qui locum ⁊ tempus pro speciebus quantitatis posuit dicatur. quod solitum est dici. quia videlicet aristoteles in sua etate iuuenta librum predicamentorum compilauerit ideo multa in eis posuit: non ꝟm opinionem propriam sed ꝟm opinionem eodē tēpore magis famatam.

¶ Quantitatis ꝓprietates Caput. iij.



Quantitati: similiter vt substātie: nihil est cōtrariū Sed illud maxime proprium eius: secundum eaȝ equale aut inequale dici. Item quantitas non suscipit magis neqȝ minus. Quesitiuum generale huius predicamenti est quantum generaliter et quesitiue acceptum continens sub se tria specialia: scilicet q̄tum specialiter sumptum: et quesitiue vt querit quantitatem continuam tantum. Et quot querens nominaliter de quantitate discreta et quotiens: querens aduerbialiter de quantitate discreta Et quecunqȝ possunt apte respōderi: ad illa tria quesitiua sunt reponenda ad presens predicamentum quantitatis: Sed modus predicandi huius predicamenti: est predicari

de prima substantia: inquantum: quod vel quotiens.

¶ Egritudo an sit quantitas doctrina prima. Capitulum. iiij.

Egritudo in pluribus predicamentis reperitur. ipsa nam̄q in prima primitus specie qualitatis dispositione vel habitu. Consequenter fulcitur in quarta que est in forma. Reperitur etiam huiusmodi qualitas in quantitate continua: puta in magnitudine et paruitate: prout essentialiter ledit actus. Aut etiam taliter indiscreta: puta numero: et fundatur in situ seu positione: quo nempe communiter a medico subscripto in locum: siue vbi: ⁊ societatem: vel colligentiam seu predicamentum habitus sequestratur. Sic igitur magis in quinq̄ predicamentis: puta quantitate/qualitate/positione: ac demuz vbi ⁊ habitu reperit̃ morbus. In positione etiam duplici inquando proprie non est morbus nisi forte sm̄ q̄ importat prioritatē ⁊ posterioritatem: sicut in egritudine apparet principali ac cōpassiua. In substantia quidem non locatur: cum sit accidens: ⁊ quod vero est fit accidens nulli. In adaliquid similiter non existit cuz simpliciter rem suam dicat absq̄ respectu: nisi fortassis cōsequenter: eo q̄ dispositio vl' habitus in quibus loquat̃ est ad aliquid: neq̄ in passione suscepta. Aut actione distinguitur.

¶ De cōpositione egritudinū. Doctrina. ij. Caput. v.

Licet morbi simplices sint tres species scilicet consimilis officialis ⁊ communis: possunt tamen multis componi modis inter se ⁊ cum alijs. nam interduz componuntur duo consimiles vt cali. ⁊ humidus: calidus et siccus: aliquando organicus cum organico: sicut apostema opilationem ⁊ coartationem inducens. aliquando organicus ⁊ consimilis. vt apostema calidum cum febre. Interdum cōsimilis cuz communi vt cum vulnere febris in quo duo extant morbi scilicet febris ⁊ solutio continui. nonnunq̄ vero construitur ex officiali ⁊ communi vt digiti abscisio. est namq̄ morbus in numero et communis solutio iuncture: aliquando tres vt apostema cum vulnere et febre. Quandoq̄ vero omnis coniungitur morbi trinus sicut obtalmia cū vlcere in quo acuitur egrediēs linea ad oculum a qua descendit: vngulaq̄ ꝓducit̃ hic ei sex adsūt morbi vt obtalmia puta calidū apostema q̄d ē morb⁹ ꝯpōnis īq̄titate cui⁹ calor

morbus est cõsimilis. Secũdus vlcus solutio existens functure. Tertius vuee acumẽ vel egressio morbi in quantitate. Quartus foraminis a suo loco exturbatio morbus erit positionis. Quint⁹ aqua que morbũ opilationis construit. Sextus vero est vngula morbus existẽs in numero additovt galenus scribit lib. j. de morbo. ⁊ haly abbas sexto theorice.

¶ Quid morbus cõmunis. doctrina. iij. Caput. vj.



Galenus primo de morbo sentit morbũ cõmunẽ illũ esse qui in quadam materia euenit in qua consimile leditur ⁊ organicumvelut si ligamẽtum aut artaria euellatur. Cõmunis quidẽ hic morbus totius organi ⁊ particule cõsimilis euulse. Morbus igitur ẜm hoc dicitur cõis: q2 fit in quadam natura cõmuni in qua conueniunt consimilia ⁊ officialia: puta in cõiũctione quadam ⁊ ipsoꝝ cõnexione. Quidam ꝟo voluerunt morbũ cõmunẽ esse indifferẽter cõsimilibus ⁊ officialibus contingẽtem: ita tamẽ ꝙ vni principaliter contingat ⁊ nõ alij de quo curandũ sit. vnde Auicenna secunda primi. Morbus cõis partibus euenit consimilibus ⁊ instrumentalibus inquãrum sunt instrumẽtalia vt nõ eis ꝓpter accidere cõsimilibus eueniat. Nã plerũqȝ accidit iũcture pricipaliter vt nullo eueniat modo ꝯsimilibus partibus de quo curãdũ subaudi: cũ tñ primo de morbo a galeno dislocatio morbus ponatꝰ organicorum mẽbroꝝ ex q̃bus iũctura fuit composita. Et multotiẽs accidit neruovel ossi solutio solummodo.

¶ Duplex morbus cõmunis. Ca. vij. doctrina. iiij.




Communis morbus ẜm medicos est duplex: vn⁹ est solutio cõtinuitatis veracis vt cõtinuitatis partis cũ parte in cõsimilibus qđ magis debet mẽbris cõsimilibus q̃ȝ officialibus attribui. Nã solutio accidit mẽbro: ex parte qua cõpositũ est ex cõsimilibus nõ aũt ex parte qua existit officiale. Alter vero est sepatio q̃ est cõtiguitatis terminatio q̃ nõ veraciter solutio d2 cõtinuitatis: cũ hmõi continuitas modũ habeat magis continui et adiũctiõis partis cũ parte: ⁊ talis solutio in egritudinib⁹ locãda est officialiũ partiũ vt cõiunctiõe vel sepatione q̃ colligãtia q̃dã existit. Nã velut dico in muro duplex reperitꝰ cõiũctio. vna q̃dem est vera sicut lapidũ inter se ꝑ ipsoꝝ humidũ. Altera ꝟo nõ certa

ꝺm ꝙ vnus ꝑ collã aut calcẽ alteri colligat. Sic in aialis corpore. vna quidem certa que membroꝝ est cõsimiliũ: alia nõ vera ꝺm ꝙ ex cõsimilibꝰ cõnectunt officialia: ⁊ tandẽ in vtrisqꝫ ex his duobus resultat vna quedã cõis natura vt murus ⁊ aialis corpus.

¶ Liber tertius de predicamento Ad aliquid.

¶ Quid ad aliquid. Cap. primũ.



D aliquid sunt quecunqꝫ hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel qũolibet aliter ad aliud vt maius est aliquo maius. Et dupluꝫ dimidij duplum. Ad aliquid in prima impositione acceptum supponit pro re aliqua: connotando eiꝰ respectuꝫ ad aliquid: aut ad se aut ad aliud. Et sic est genus generalissimum huius predicamenti: ⁊ potissime terminorũ concretorum huius predicamenti. saltem proprie acceptum Cuius abstractum possumus dicere ad aliqueitas ꝺm quosdam. vel vt alijs placuit: ad aliquiditas: ⁊ magis consuete et proprie. Ad aliquid autem in secunda impositione acceptuꝫ significat terminos huius predicamenti: siue eorundem terminorum coordinationem: diuersam: ab alijs nouem predicamentis: siue coordinationibus. Sunt autem nonnulli qui dicunt relationem esse realiter diuersam a fundamento suo. Et ad Aristotelem quinto physicorum ostendentem: ꝙ ad relationem non fit motus nisi per accidens. Respõdent vnũ ridiculum dicentes ꝙ q̃uis non sit mutatio vel motus physicus ad relationem: sit tamen bene motus metaphisicus vel mutatio metaphisica. quasi physica non sit cuiuslibet naturalis motus et mutationis consideratiua. Aut quasi ad relationem nouam oriundam: necessarium sit miraculum: videlicet mutatio non naturalis: sed miraculosa. Tales itaqꝫ sic opinantes se habent tanq̃ pueri non satis intelligentes: aut tanq̃ vani prophete. ideo eorum dictum non attẽdimus

Dicimus ergo q respectus rei: non est aliud: q̄ habitudo siue comparatio rei ad aliquid idest respectus rei: est ipsamet res: nō absolute sed comparatiue sumpta: ad se vel ad aliud Exemplum primi: vt idem. Exemplum secundi: vt diuersum. Unde huiusmodi respectus rei: non est realiter diuersus a re: sed realiter loquendo: est precise ipsamet res inquātum relata est ad se: vel ad aliam rem. ideoq3 dicimus secundum Aristotelem quinto phyficorum. et secundum Boetiū in commento super predicamenta Aristotelis: et secundum veritatem q relatio non ponat in numerum cōtra suum fundamentum. sic q nomen relatiuum significet entitatem non diuersam ab entitate sui fundamenti: hoc enim non contingit. licet quandoq3 ponat in numerum contra suum subiectum denominationis. vt dum huiusmodi denominationis siue predicationis subiectum: et eiusdem relationis fundamentum sunt. aut significent realiter diuersa. Sepe tamen coincidunt huiusmodi relationis subiectum et fundamentum. Ideo relatio non semper ponit in numerum cōtra subiectū suū. lz cōtra suū fundamentū nunq̄ ponat in numerū. vñ tria predicamenta in numerum ponentia: significant omnium relatiuorum fundamenta saltem remota. Sed eorundem vnum dumtaxat scilicet substantia: predicamentum simpliciter absolutum: significat cuiuslibet relationis subiectum: aut inhesionis: aut denominationis saltem. Quod etiam quandoq3 dicimus subiectum predicationis. Item alia diffinitio relatiuorum ad aliquid talia sunt. quorum esse est: ad aliquid quodammodo se habere: vt duplum ad dimidium et econtra.

¶ De speciebus relationis siue ad aliquid. Caput. ij.


Elatiuorum species tres sunt. Quedam enim sunt relatiua equiparantie. Que videlicet cum suis correlatiuis eodem nomine proferuntur: vt similis simili similis. Alia vero sunt relatiua disequiparantie. que non eodem nomine cum suis correlatiuis proferuntur. et alia sunt duplicia. Aliqua namque dicuntur supra positionis: vt dominus: magister: pater: causa. Alia suppositionis. vt discipulus: seruus: filius causatum. que subsunt prioribus. Relatiuorum ergo alia equali quadam comparatione consistunt vt equale amicus. Alia maiore: vt pater dominus. Alia minore: vt seruus: filius. Alia voluntate vt amicus inimicus. Alia fortuna: vt dominus: seruus.

¶ Communitates relationis. Caput. iij.


Ommune est relationi: habere contrarium vt virtus contrariatur vicio. Disciplina ignorantie. ¶ Relatiua magis et minus suscipiunt. magis non omnia: sed que secundum qualitatem dicuntur: et que fortuna vel voluntate consistunt. ¶ Omnia vero inter se conuerti manifestum est. pater enim filij: pater et filius patris filius. Sed oportet apte alterum alteri reddere: nam si quis dicit alatum auis quoniam alterum alteri non apte reddit non poterit conuertere. non enim in eo quod auis est: sed in eo quod alatum est ala est. Casus sunt diligenter seruandi. vt doctrina docti: sed doctus doctrina doctus. Item relatiua sunt simul natura. Simul enim duplum et dimidium sunt. Et cum sit dimidium: duplum est et econtra. Aliqua esse simul natura: est inter ea conuerti. subsistendi consequentiam. Subsistendi consequentia est ab esse ad esse consequentia. Et conuertitur: quando sicut ad antecedens sequitur consequens: ita et econtra ad consequens sequitur antecedens vt pater est ergo filius est et econtra filius est ergo pater est. Relatiua que hoc constituunt predicamentum: vocantur relatiua secundum esse. cetera vero


que sunt ad aliquid cõmuniter ꝛ nõ ꝓprie: vocãtur ad aliqd secundũ dixi: quibus secũda diffinitio ad aliquid nõ cõuenit sed prima tm̃. Et ex his manifestũ est ꝙ si quis diffinite nouerit vnũ correlatiuoꝝ: diffinite nosciturus est reliquũ. oportet enim in vtrisq; vtriusq; rationibus vti.

¶ An egritudo sit in aliquid reponenda. Caput. iiij. Doctrina prima.



Averrois — [C]Um ad aliquid egritudo nõ existit cũ simpliciter rẽ suã dicat absq; respectu: nisi fortassis consequentur: eo ꝙ dispositio vel habitus in quibus locatur est ad aliqd Auerrois autẽ visus semper alijs eminere concludit tria genera egritudinũ intrare quinq; predicamẽta: puta quantitatis: qualitatis in quãtitate ac positionem in qualitate: quantitate discreta ꝛ continua vbi ꝛ habere: ꝛ postea inuenit̃ huiusmodi res in quãdo hoc est in prioritate ꝛ posterioritate. Sed ordinationẽ mẽbrorũ officialium ꝛ prioritatem ꝛ posterioritatẽ plus ponendam fore in sex predicamentis sequentibus.

¶ De causa que est ad aliquid. Caput. v. Doctrina. ij.



[C]Ausa relatiuũ est potentie: sunt enim relatiua potentie quorũ vnum potest actu esse altero non existente vt non oportet si genus est: protinus speciẽ esse: aut si prius est: ꝛ posterius eius esse. Et si causa est: non protinus sequitur effectuꝫ esse. Et hec quẽadmodũ relatiua potẽtie sunt: etiam ꝫm potentiã conuertũtur. vt si genus est: spẽs potest esse: ꝛ si prius est: posterius põt esse. ꝛ si causa est causatũ potest esse. Causa in libris medicorũ est triplex: primitiua: antecedens: ꝛ cõiuncta siue manifesta: precedẽs ꝛ inherens. Differt autẽ causa a dolore accidẽte ꝛ passione velut agens primitiuũ ab his que ab eo ꝓducũtur: sicut enim lapillis seu lateribus coordinatis ad inuicẽ vno motu mouẽtur vsq; ad vltimum cõsequẽter alij tali motu: ita ꝛ posita causa ꝛ ꝓprie cõiuncta vel primitiua ponitur morbus quo posito cõsequit̃ accidẽs: nocumẽtum: passio ꝛ dolor suo modo. Differt nãq; morbus ab accidente qm̃ morbus est q̃d principaliter ledẽs ꝛ quasi subiectũ. Accidẽs aũt nõ ledit vsq; sed secũdario ꝛ velut quidã subsequens. Unde appellat̃ synthoma. i. cõcisio vel genimẽ seu consequẽs vt equocatio tollat̃ ꝓut accidens substantiã qualificat ꝛ morbum cõco-

Haly abbas. (margin)

mitatur vt Galenus inquit tertio de accidenti ⁊ morbo. Sunt enim apud medicos res cōtra naturā tres licet plures aliqn̄ ponā tur. tandē tn̄ ad tres solēt reduci que sunt causa: morbus: ⁊ accidens. In principio vero secūdi de ingenio galenus inquit. Quattuor extra naturā supueniunt corruptio scʒ actiōis: corruptio cōpositiōis actionē faciētis cā corruptiōis: ⁊ accidētia corruptionē ꝯcomitātia. Corruptio tn̄ actiōis ⁊ cōpositiōis ad idē vt ad morbū reducit̄ ita vt ⁊ pri⁹ remaneāt tria ad modū quo in reb⁹ extāt nature tria: puta materia ⁊ forma ⁊ ex his cōpositū atq; dispositiōes cōsequētes ad ipsuʒ. Cū his quidē tribus particularibus exprimitur interdum passio: dolor ⁊ nocumētum. Omnia quoq; huiusmodi in hoc conueniunt cōi q: qualitates existunt. Galenus

¶ Liber quartus de p̄dicamento quātitatis.

¶ Tractatus primus de qualitate in vniuersum.

¶ Quid qualitas. Caput primū.



Hunc de qualitate tractemus: ꝑm quam ea que sunt: qualia nuncupātur. Multi autem querūt quid sit qualitas: ⁊ quid quale: quorum facilis separatio est. Qualitatem nāq; dicimus dulcedinem: austeritatē: albedineʒ: nigridinē. Quale vero intelligit̄: quotiens albū aliqd: vel dulce: vel austerum: vel nigrum dicimus. licet Aristoteles indifferenter pro qualitate: quale posuerit: ⁊ qualitatē pro quali: proptereaq; etiā nos eundem secuti similia senserimus. Hanc autem cathegoriam difficiliorē ceteris. Augustinus voluit: q: facilius q̄ cetere in omnes videtur incurrere: vtputa in vsia inuenitur cum diximus: homo grāmaticus. in quanto: alba vel nigra epiphania. in ad aliquid: prudēs pater. in facere: dure saltat in pati: fert fortiter vulnera. in loco: obscurus locus. in tempore: calidus mensis. in iacere: pronus aut supinus iacet. in habere: decēter armatus. Erit igitur non parue prudentie: qualitatem cum ceteris pene confusam mentis viuacitate secernere. Diu⁹ augustinus in suis cathegorijs

Assiones siue aĩe accidẽtia substantie sunt aĩalis cõstitutiue: sine his em̃ vita nõ cõstat: quare cum equoce dicat̃ passio: distinguẽda prius est equocatio. Dicit̃ itaq3 passio: q̃ corporalis est: vt egritudines ⁊ vlcera: dr insuper passio siue affectio que ipsi⁹ aĩalis est: de qua nũc hic sermo: vt cõcupiscẽtia: ira: tristitia ⁊ gaudiũ. Est ꝟo cõiter quidẽ ⁊ generatim aĩalis passio: quã voluptas sequit̃ ⁊ dolor: seqt̃ur em̃ passionẽ dolor neq3 ipsa passio existit dolor: nã si hoc esset omne qđ patit̃: etiam doleret: nũc aũt insensibilia patiunt̃ q̃dẽ: minime tñ dolẽt: nõ igr̃ passio est dolor: sed passionis sensus: quã intẽsam esse op3: vt sensui subijciat̃. Passionũ aũt que aĩalibus obueniũt: hec est diffinitio. passio est motus appetitiue virtutis: sensibilis in imaginatione boni vel mali: boni quidẽ suspitio ↄcupiscentiã mouet. mali vero suspitio iram. s3 vt diuo Gregorio niceno placet sic. passio diffiniri põt. passio est irratiõabilis mot⁹ aĩe: ꝓpter suspitionẽ boni vel mali. In cõi aũt passiõe ⁊ ita diffiniũt passio est mot⁹ in aliud ex alio. Actus ꝟo est mot⁹ opatiuus. Opatiuũ aũt dr q̃ ex seipo mouet̃: ita igit̃ ⁊ ita actus est irascibilis. passio insup duarũ partiũ aĩe est: imo toti⁹ corpis: cũ em̃ ab ira violẽte ad actiões impellitur: ex alio in aliđ fit mot⁹: quẽ dixim⁹ esse passionẽ vel affectionẽ. sed ⁊ ꝫm aliũ modũ: act⁹ passio dr: cũ sc3 preter naturã fuerit. Eq̃dẽ act⁹ est ꝫm naturã: mot⁹: passio ꝟo ꝑter naturã iuxta hãc itaq3 rõnẽ: act⁹ passio dr cũ nõ ꝫm naturã moueat̃: siue ex seipo siue ex alio: q̃re pulsatilis mot⁹ cordis: cũ ꝫ3 naturã fiat: act⁹ est: cõcussori⁹ ꝟo passio dr. Nã ex motu ꝫm saltũ ẽ: q̃ est ꝑter naturã. Nequaq3 igr̃ mirũ existit: vnã ⁊ eandẽ rẽ: passionẽ ⁊ actũ noĩari: nã ꝓut mot⁹ sunt: ex passiua vi aĩe ⁊ affectõe: actus censet̃: quaten⁹ vero imoderati ⁊ nõ ꝫm naturã: minime act⁹ sunt sed passiões siue pturbatiões: ergo mot⁹ irrõnalis partis: motus est ꝫm ambo hec diuisus. Nõ ois aũt mot⁹ passiue virtutis passio nũcupat̃: sed vehemẽtiores ad sensum ↄueniẽtes: parue em̃ motiões ⁊ insensibiles nõdũ sunt passiões: q̃ppe passionẽ habere op3 magnitudinem intẽsam: ideo passioni adijcit̃ motus sensibilis. Minuti em̃ motus: sensum latentes: non faciunt passionẽ vt dictũ est.

¶ De voluptatibus doctrina sexta.


Anifestatum est ꝫm vnumquemq3 sensum: alias esse operationũ species: ⁊ item voluptates: alie em̃ tact⁹ ⁊ gustus sunt: ⁊ alie visus: auditus ⁊ odoratus: puriores autem sunt sensuum: qui non appropinquantes sensibilibus: delectant: vt visus audit⁹ atq3 odo-

ratus. Sz ꝛ excogitationū due spēs existūt: ꝛ harū h̄ q̄dē est acti ua: alia ꝟo ɔtēplatiua. liq̄t igr̄ voluptatū itē q̄ hos act⁹ sequunt duas esse spēs: sz ꝛ harū ɔtēplatiua purior est actiua. At reuera hoīs ꝓprie: q̄ten⁹ hō est: excogitatiue sunt: cōes ꝟo cū alijs animalibus: sm̄ qđ animal est: que sensibiles existunt.

De ira doctrina septima.

Galen⁹ i libro de differentijs febriū

Gregori⁹



IRa vt Galeno placet est ebullitio q̄dā: ꝛ mot⁹ vehemēs irascibilis ꝟtutis: q̄ in ipo corpe cordis insidet: cū calefit ipa suba. Et in. ij. de accidēti ꝛ morbo ca. ij. Ira est feruor caloris in corde existētis ꝓpter motū aīe. ꝛ vt diu⁹ Gregori⁹ nicen⁹ scribit: ira ē feruor sanguinis q̄ circa cor est: ex euaporatiōe vel turbatione fellis facta: ideoq ꝛ fel dr̄ ꝛ fellea. Est aūt ꝛ q̄n ita est recruciatoīs appetit⁹ lesi em̄ vel estimātes ledi: irascimur: ꝛ fit tūc mixta passio ex cōcupiscētia ꝛ ira. Spēs aūt ire sūt tres. ita q̄ vocat fel ꝛ fellea dr̄ ira cūdia. Ac ita principiū ꝛ motū habēs, ita adhuc est vbi bilis est permanēs: inueterata mali memoria dicta a manēdo ꝛ memorie tradēdo. ꝛ isto modo nō est passio sub hac specie q̄litatis ponenda. Furor aūt est ira. tēpus obseruans ad vindictā ꝑterea ira est mētis appatitor: ɔcupiscētie videx. Cū em̄ rē aliquā ɔcupiscim⁹: a qua ꝓhibemur: ob id q̄si iniuria affecti: irascimur: rōne ipsa iuste vindicte sniam in hos ferēte: q̄ rerū ordinē ꝛ naturā nō custodierint ꝑsertim si suapte natura ordinem seruantia: hunc peruersa transgrediantur.

De tristicia ꝛ eius speciebus doctrina octaua.

Haly abbas. v. theorice. ca. vltio.



TRistitia apud Haly abbatē q̄nto theorice est naturalis caloris ingressus ad corpis interiora paulatim: in tātū q̄nq ꝙ corpi febrē vni⁹ diei afferat. cui⁹ si diuturnius tp̄s fiat: corp⁹ fortiter calefacit: oīaq calefiunt mēbra: solidaturq calor naturalis in principalib⁹ mēbris fitq ab inde ethica febris. Tristicie vero spēs vt Gregorius

Diu⁹ gregorius.

nicenus scribit sunt q̄ttuor acedia: anxietas: inuidia: ꝛ mīa. acedia est tristicia vocē adimēs. anxietas tristicia est aggrauās. inuidia in alienis bonis ē tristicia. Mīsericordia aūt tristia ē in alienis malis. i solis corpeis voluptatib⁹ sup abūdātie repiunt. cōtēplatiue em̄ cū sūme existāt ꝛ ꝑfectionē possidētes: excessū nō suscipiūt neq em̄ aduersat eis tristicia: neq cū cura q̄ntis tristicie ɔtigūt.

¶ De timore et eius speciebus doctrina nona.

Haly ab bas eodẽ libro.



Timor haly teste est naturalis ingressus caloris ad interiora corpis ꝓpter aīe ab aliquo nocenti fugā: et exasperāti: cū sit nature aīam a nocētibꝰ. et subterrētibꝰ q̄ nō ꝯsueuit timere et fugere. qđ sentit Aristoteles in x. ꝓblematū: ꝓblemate.lxj. dicēs. Timor est infrigidatio exteriorū et caloris ꝯctio ad ptes interiores sub corde. Et diuidit timor in sex.i segnitiē: erubescētiā: verecūdiā: stuporē: terrorē et agoniā. Segnities (vt Gregoriꝰ inquit) est timor future actōis. erubescētia est ex magna imaginatōe timor. verecūdia timor est ex incōsueta imaginatiōe. agonia ꝓ nō potiēde rei timor est. Formidātes em̄ nō fortunati actionē nr̄am: agoniā patimur. Erubescētia aūt timor est in expectatiōe ꝯuitij: optia sane passio. At verecūdia in turpi re ꝑpetrata timor est: neq; hec caret spe salutꝫ. In h̄ differt erubescētia a verecūdia: nā q̄ verecūdaꝛ in qbꝰ ꝑperā egit: sese submergit supprimitq;: q̄ ꝓo erubescit: timet ne in suggillationē aliquā reprehēsionēq; incidat. Vocāt aūt veteres sepiuscule Erubescētiā verecūdiā: et verecūdiā erubescētiā: noībꝰ abutētes. fit porro timor s̄m circūinfrigidationē calido oī ad cor q̄si ad principale ꝯcurrēte: quēadmodū plebs q̄ꝫ cū timet: ad pricipes refugit. Tristicie aūt organū est os vētris. Hinc em̄ euenit vt mordicatio nes in tristitijs sentiat: sicut Galenꝰ in tertio demōstrationū prodit: his ꝟbis. Tristātibꝰ: nō parū rubee cholere in ventrē defluit qđ mordicationē eis tribuit: et nō q̄escūt a ꝯtristatiōe et mordicatione: priusq; euomuerit cholerā. Fit em̄ mordicatio eis deorsuz sub ea cartilagine q̄ s̄m mediū pectꝰ est: q̄ ensiformis noiaꝛ. Multo aūt supius iacet cor: diaphragmate em̄ venter inferior est: cor ꝓo supius. Cōsueta em̄ nūcupatiōe veteres cor et os vētris vocāt sicut Hippocrates et Thucydides in pestilētie libro scribēs ita. Cū in corde firmabaꝛ: euertebāt illđ: et oēs cholere ex purgationes. quotquot a medicis noiate sunt: sequebanꝛ. Qđ em̄ euertebatur: os vētris erat: qđ cogebaꝛ vomere: nō aūt cor erat: qđ patiebaꝛ. Ergo irrōnalis vis aīe q̄ rōni obtēperat: hoc hꝫ modo.

Galenus tertio demonstrationum.

Hippocrates.

¶ De Gaudio doctrina decima.



Gaudium naturalis est exitus caloris ad corporis exteriora: eiusq; diffusio: que si paulatim facta fuerit animam habet confortare caloremq; naturalem in omni corpore et humores tēperare et sanguinē caloris tēperātia naturaꝛ augere: corpulētiāq; corpi facere:

Itaqꝫ ꝛ scribit Haly abbas theorice quinto cap. vltimo. omnib⁹ cõuenit corporibus temperatis: nisi ꝙ quãdo semel sub tũqꝫ fit: ali quãdo interficit: naturalis dissolutiõe caloris ꝛ dispersiõe. Ferẗ eũ hamessus nimietate gaudij: qd illi subitũ superuenit: interijsse.

¶ De caliditate ꝛ frigiditate Doctrina vndecima.


Caliditas ꝛ frigiditas/a quibusdã pluribus modis accipiuntur. Uno modo vt significẽt qualitates acquisitas: post cõpletum esse rei. Et sic cõformanẗ ad primã speciem. Secũdo vt significent qualitates innatas. sic cum secũda specie similitudinẽ gerũt qualitatis accidẽtalis. Ideoqꝫ Aristoteles ꝑ ipsa supertius verisimiliter explicauisse dicebaẗ. Sꝫ tertio modo accipiunẗ magis ꝓprie: vt significent qualitates sensibiles/siue sensuuꝫ immutatiuas. Et ita proprie ꝛ vere sunt in hac tertia specie reponenda. In alijs nõ nisi verisimiliter. in prima eñ ꝛ secunda speciebus ponunẗ solũ qualitates accidẽtales sensibiles vere ꝛ ꝓprie. Sed per tertiã ꝛ quartã species/significanẗ solũ qualitates accidẽtales sensibiles vt etiã supra dictũ est. De frigiditate autem dicendũ est ꝙ est naturalis aque passio seu ꝓprietates sibi naturaliter primit⁹ inherens. terre vero acquisita. Haly abbas ꝛ Auicẽna maxime prima primi cap. de virtutibus ꝛ sexto naturalis nituntẗ ostẽdere frigiditatem non habere ingressum in operationẽ nature neqꝫ ordinẽ in virtutibus ipsius. Supponit eñ auicẽna oĩum operationes virtutuꝫ per modũ existere. Frigiditas siqdẽ motũ tollit cũ paraliticatuꝫ ꝛ mortificatũ qd est mobile reddat. Ideo cõcludit opationẽ virtutum que conueniũt appetitibus nõ ingredi naturalibus essentialiter eo ꝙ tollat motũ quẽ ponit in rõnem opatiõis cõcidere: sꝫ ꝑ accidẽs ꝑparãdo instrm̃. puta spiritũ ꝛ vẽtositatẽ in expulsione ingrossando. Motiuũ tñ ei⁹ nõ valet. Ponit nãqꝫ Aristo. ꝙ motus ꝯstat nõ solũ caliditate: verũ etiã frigiditate: ꝛ ꝙ ꝑtes aĩaliũ calide ꝛ frigide ꝛ motib⁹ eorũdẽ coagulationẽ suscipiũt. Rursus oẽs cõsentiũt ꝙ frigiditas sit cõtrahẽdo mouere de circũferẽtijs ad cẽtrũ. Cõtrahẽdo eñ ꝯgregat que sunt eiusdẽ trib⁹ ꝛ alie ve secũdo de gñatione ꝛ corruptiõe ꝛ quarto methauroꝝ. Caliditas quoqꝫ motũ vt cõtrariũ hꝫ homogenea solũ cõgregãs ꝛ ethe rogenia ꝓpellẽs. Dicẽdo est igiẗ ꝙ frigiditas ingrediẗ essentialiter opationẽ nature ꝛ nõ ꝑ accidẽs tm̃. Nõ tñ adeo remanet frigiditas elata in aĩalib⁹: ꝛ maxie in nobis vt caliditas. Cõstat eñ ꝙ si natura iuxta Aristo. gñaliter sumaẗ ꝙ frigiditas fere equa

Haly abbas ꝛ auicenna.

liter opatiõez ingredit nature:vt ꝛ caliditas. Nisi em̄ frigiditas
essentialiter opationē ingrederet nature caliditatis excessus cõ/
positū destrueret. Et licet ponā frigiditatē essentialiter ingredi
opationez nature:magis tamen remisse:puta sub minori excessu
caliditatē remittēdo ingredit q̃ʒ caliditas. Unde Galenus in li-
bro de typo. Ex calido ꝛ frigido cõstat mixtio:lʒ ipʒ calidū prin Galenus
cipaliter sit de intētione nature.qꝛ per ipsuʒ fiūt motus ꝛ opatio
nem nature oēs quibus repugnat cõtrariuʒ:attamen frigiditas
magnū similiter exhibet iuuamentū.ꝛ hoc qꝛ cū de natura calidi
sit tm̄ moueri sursuʒ ꝛ secū appositū trahere si frigidū nõ impedi
ret festinaret ad distantiā valde longam: sed id impedit. Quare Auerrois
Auerrois tertio Colliget cap.j. Mēbra(inq̇t)nõ agūt ꝛ patiun
tur nisi cū quodā calore temperato ꝛ frigiditate ꝓportionali ei.
Ostēsuʒ ei est naturali pbͥle frigiditatē eē in corpe sicut instr̄m tē
perās naturalē calorē. Idē q̃ʒ de causis lõgitudinis ꝛ breuitatis
vite Calor mēsuratus cū frigore dat gn̄ationē ꝛ ꝓpriā formā na
turalē. Tu tn̄ itelligeꝙ eq̄litas ꝛ sanitas magis ptinet caliditati
q̃ʒ frigiditati. Et Aristo.nõ dixit simpl'r frigiditatē accidētaliter
opari:sʒ ꝙ p accidēs respectu caliditatis.min⁹ ei opat p se ad eē
qꝛ solū āpli⁹ ꝯtēperādo:frigiditas ei i nobis i minori pmanet cali
ditatis excessu. De calore aūt sciēdūꝙ ad pn̄s caloꝝ duplex dat
distinctio quaꝝ vna sumit a p̄ncipio ꝓcessiuo. Altera aūt ab ipi⁹
eē:sʒ q̃ʒ primā calor est duplex vn⁹ q̇dē simplex impmixt⁹. Alter
ṽo cõposit⁹ ꝛ pmixt⁹. Simplex q̇dē duplex ēt repit.hic q̇dē ele-
mētaris q̇ q̇dē est q̄litas ꝓpria.ignis iõ ipsi⁹ formā insepabiliter
cõcomitās vt pl'es ātiquoꝝ estimauerūt ipʒ fore ei⁹ formā essen-
tialē:qđ a nobis alibi impugnatū est.h aūt calor gn̄atiu⁹ existit.
Caliditas nāq̃ʒ vegetabiliū neq̃ʒ est ignis neq̃ʒ ab eo principiū su
mit. Cõfert tn̄ ad materie p̄parationē alterādo ꝛ trāsmutādo vt
introducat i eā velut caliditas ꝛ frigiditas in susceptionē forme
ab aīa artificis gladij. Et est alter calor simplex celestis viuificās
ꝛ inesse ꝯseruās p motū spheraꝝ ꝛ orbiū oīuʒ viuētiū germia nūq̃ʒ
cõsumptionē ꝛ pemptõez inducēs qđ i spmate oīm inexistit. Est
aūt calor ali⁹ cõposit⁹ ex his an̄dictis duob⁹ q̇ q̇dē ē aīaliū calor
ꝛ vegetabiliū vtcunq̃ʒ. Est nāq̃ʒ aīe q̊ꝝ alt velut p̄paratiu⁹ existit
materie:vn⁹ ṽo datiu⁹ q̄si forme.hmōi q̇dē calor duplex ē q̇ scđo
Colliget capl'o de declaratiōe ꝓprie actiōis.ꝛ passiōis in quoli- Auerrõis
bet mēbro calor đr cõplexiōis in oīb⁹ diffusus reptus i mēbris ꝛ
potissime in corde calorq̃ʒ appellat⁹ innat⁹. Ex ṽtute aūt caloris
istius in corde fulciti calor ali⁹ gn̄at vt fluēs ꝛ ad mēbra diuersa
discurrēs. Ex quo ꝛ calore an̄dicto cõficit terti⁹ q̇ q̄si forma mē-

brorum existit: quo mediāte ⁊ virtute aīe velut principaliorī mē-
brorum omnia sua perficit debita cōplexiōe supposita actionē et
passionem. Calor quippe cordis conseruat respiratiōe: qui ꝓo in
reliquis partiū has ⁊ transmissiōe caloris a corde ad ipsa. Istos
Auicēna. etiā calores in plerisq; locis canonis tetigit Auicēna inquiens
Calor innatus qui in nobis existit vel intus est per quē calor in-
natus iudicatur ⁊ influēs. Hūc quoq; calorē nō simpliciter sed in
natum ⁊ naturalē multotiens appellat. Sed de calido dicendū
est ꝙ calidū ꝫm Gale. accipit dupliciter. vno modo pro subiecto
seu corpore calido: ⁊ pro qualitate improprie tñ cū cōcretū im-
portet aggregatū ex subiecto ⁊ accidente: denotans primo acci-
dens ⁊ cōsequēter subiectū qđ voluit Auerrois .iiij. metha. qđ
Auerrois. econtra censuisse impingit Auicenne. Est ⁊ calidū quoddā actū
Auicēna aliud potestate de priori aūt sermo. De calore autē naturali ⁊ spi
ritu quidam dixerunt. Cōmittēdo improprietatē in sermone ꝙ
calor id est calidum corpus ⁊ spiritus idē sunt realiter licet diffe
rant ratione. improprietas vero locutionis apparet quoniā cō-
Auicēna. cretum per prius nominat accidens q̄ȝ subiectū contra Auicen-
Auerrois nam cōmentator .iiij. metha. Galenus tamē simplicium .v. cap̄. v.
Galenus distinctiōis secūde imponit Hippocrati ꝙ calor ⁊ spiritus idem
existunt non solū accidente verum etiā essentia naturali. Sciam⁹
tamen ꝙ ipse non voluit per sermonē suū vt calor innatus sit aliđ
q̄ȝ illud qđ nos noīamus spiritū ⁊ est ille qui fixus est in corpore
Galenus cuiusq; aīalis. Quinto quoq; de accidenti: sermo reperitur ambi
v. de acci- guus qua auditur vt calor sit idem cum spiritu ⁊ alius quod for
denti. tasse contingit errore cōstantini monachi. Sed q̄ȝq̄ȝ calor ⁊ spūs
sint idem realiter ⁊ idem subiectiue: nihilominus differūt rōne.
Calor eñ dictus est: eo ꝙ calefacit: subtiliat: digerit ⁊ maturat:
congregat homogenea ⁊ etherogenea disgregat ⁊ cetera taliū.
Spūs autē ab eo ꝙ spirat pulsat illuminat ⁊ virtutē ad suas de
fert peragēdas actiones. Fuit etiā Haly opinio ꝙ spiritus ⁊ ca-
Haly ab liditas innata sint duo vapores naturales in corpa: corpe videlȝ
bas. aerea subtilia inter quos existit drīa: eo ꝙ spūs subtilior est calo
re innato ⁊ calor innat⁹ grossior ⁊ pluris hūiditatꝭ. Sȝ h̄ positio
sicut sonat stare nō pōt. Est ei ꝯria ponētib⁹ in corruptiōe aīalis
calorē sui subtilitate ad ignē ꝯuerti. spūȝ aūt ad aerē .i. theorice
cap̄. v. ⁊ Isaac in plerisq;: qđ etiā nomē indicat caloris: cuȝ si q̄d
ab igne descēdēs subtilissimo corpoꝝ ⁊ leuissimo. Et iđ ꝓ cōclu
sione hui⁹ capli dicim⁹ ꝙ res naturales sunt septē solū. naȝ calor
q̄dē ꝓ corpe calido ad spūȝ deducit tanq̄ȝ ad cōpositū ex calore
⁊ ex corpe vaporoso quodā ipo īformato. ꝓut ꝓo q̄litas calor sub

complexione locatur maxime. Duplex tñ est spūs scȝ innatus cō- plantatus ꝛ fluens seu currēs. primus quidē ꝑdurat idē cōtinue: quod nomē ipsius ostendit ꝛ est innatus cōplantatus principa- lius in corde ceterisqꝫ partibus eius virtute ꝑmanet numero vnꝰ idemqꝫ cōtinue. Cōfigurat nāqꝫ partibus formalioribus ꝛ sper- maticis. Alteratur tamen ꝛ trāsmutatur sicut ꝛ ipse non minus. Fluens vero seu currens vt nomen denotat nō ꝑmanet idem sem- per verum alius efficitur ꝛ alius tempore non longo materiali- busqꝫ particulis ꝛ sanguineis proportionatus. quomodo autem spiritus innatus educatur in esse cū spermate: ac de ipso ante cor- dis constructionem: ac fluens corde genito ꝛ eorum actibus. In aggregatore nostro ample dictum est.

Tractatus quintus de quarta specie qualitatis ac- cidētalis scȝ forma vel circa aliquid cōstans figura.

Quid forma ꝛ figura. Caput. j.



Uartam nunc qualitatis speciē tractemus: in qua sunt forme ꝛ figure. Sed vt inquit Augusti- nus figure in corporibus: forme aīalibus tribuun- tur. Figuras enī tūc designamꝰ: cū vel trigonū vel tetragonū: vel conū: vł cylindrū vł spheram dicimus. Formas aūt cū formosos asserimꝰ aliquos vel de- formes. Forma ēi ē ex nūero aut nūeri ꝓportiōe ꝓueniēs q̄li tas. Figura vo: ex cōtinui terminatōe forma nūerū: figura vo magnitudinē respicit. Siquidē forma est q̄litas ex nūero aut nūeri ꝓportiōe: h est habitudine ꝛ descriptiōe situqꝫ ꝓueniēs vt si quis sciscitet q̄lis est ternariꝰ: Rn̄det est trigonꝰ q̄lis q̄- ternariꝰ: est q̄dratꝰ: q̄lis octenariꝰ: ē cubꝰ. h ei noīa re ipa q̄ti tatē significāt ꝛ substātiā: rō tñ est q̄litatis. Figura vo est ex cō tinui terminatiōe ꝓueniēs q̄litatꝫ h ē figura est magnitudo aliquo termino aut terminis ꝯclusa. Et reipsa qdē figura est quātitas ꝛ substātia: rō vo ē q̄litatꝫ. Triangulꝰ siqdē accipit pro ipa supficie: denotādo eā esse tribus lineis rectis clausaȝ hec spēs arithmetice ꝛ geometrice ꝓprios ꝯplectit terminos.

An figura sit alia res a substātia. Cap. ij.


Unt autē quedam in genere qualitatis que im portant res distinctas a substātia ita ꝙ illa res nō est substātia sicut sunt albedo:nigredo:color lux:sciētia ⁊ hmōi. Quedam vero sunt que non important alias res a predictis qualitatibus et substātiā cuiusmodi sunt figura:curuitas:rectitudo: dēsitas raritas:triangulus ⁊ hmōi. Ad sciēdum autem quādo qua litas debeat poni alia res a substantia⁊ qñ non. hac arte quā posuit Okam cōuenit vti ꝙ quādo talia ṗdicabilia possunt successiue verificari de eodē que nō possunt simul verificari propter solum motū localem non oportet ꝙ talia ṗdicabilia res distinctas a substantia significēt:sicut talia predicabilia curuū:rectum propter solum motū localem possunt de eodē verificari successiue nam quādo aliqd est curuū si postea nul la re adueniente sibi partes ipsius mouētur propter motum localem dicetur rectū ⁊ propter hoc rectitudo ⁊ curuitas nō important alias res a rebus rectis ⁊curuis. Et similiter dici pōt de figura. Sed nō sic est de albedine ⁊ nigredine de calo re ⁊ frigore ⁊ hmōi. nō eñ ꝑ hoc solū ꝙ aliqd vel partes ei⁹ mouent̄ localiter fit aliqd calidū vel frigidū. ⁊ iō oīa talia im portant res distinctas a substantia.

¶ Qui termini ponantur sub hac specie quarta qualitatis. Caput. iij.

¶ Prima regula.


N hac quarta specie: quā aliq diuidūt in duas aut tres species: continent̄ oēs termini:significantes dispōnē rōne cuius res dicunt̄ formose: aut deformes. vt decorus:venustus:pulcher:distortus:crispus: caluus.

¶ Secunda regula.

¶ Omnes termini significantes quātitates rebus rōne figurarum attributas: vt rectū:rectitudo:curuū:curuitas:triangulare:sphera:sphericū:rotundū:oblongū:orbiculare ⁊c.

¶ Tertia regula.

¶ Omnia nomina litterarum ꝑm ꝙ littere: non autem ꝑm ꝙ elementa idest ꝑm figuram quã habent in scriptura: et nõ ꝑm potestatem: aut vocale nomen. sic enim ponuntur in tertia specie: tanꝙ̃ qualitas sensibilis.

¶ Quarta regula.

¶ Omnia nomiua significantia res artificialiter factas: vt domus: mẽsa: scannum: securis: balista: cocblear: olla: lebes: crather: ciphus ꝛc. Et generaliter omnes termini qui predicantur in quale: de terminis predicamẽti quantitatis vel de prima substantia: ratione quãtificatiue dispositionis vt querendo quale est hoc quantum: vel qualis est hec substantia ratione quantificatiue dispositionis: conuenienter respondetur. est tunica: est capucium: aut camisia.

¶ Doctrina prima de plasmate.



Morbus namq̧ plasmatis qualitas est: ꝛ in ipsa fundatur quarta specie scilicet forma vel figura morbus autem in plasmate superficiem importat cum sit lenitas ꝛ asperitas que sunt qualia quedam circa positionez existentia. Ex eo nãq̧ ꝙ partes sic sunt disposite ꝛ vne alterius eminẽtes vel equaliter in planũ iacentes talis in sensum relinquitur dispositio. Morbus vero numeri ꝛ quantitatis vt continue ac positionis est qualitas in quantitate vel positione fundata. Unde Auerrois tertio Collıget. In officialibus mẽbris est morbus in qualitate: ꝛ etiam est in quantitate. Et subdit ꝙ etiam in positione ac colligantia. Numerus eñ quantitas seu positio nõ est morbus: sed mala qualitas in eis fundata: sicut lapis aut vermis ꝑm communem medicorum opinionem morbi nõ extant: sed malitia dispositionis vel habitus ipsorum essentialiter lesiua. Aliqui tamen ꝛ maxime recẽtiores auctores quos nominales vocant lapidem in vesica morbum dicunt substantie: similiter ꝛ vermes in vẽtre. Et sic apud eos duplex est morbus scʒ morbus qualitas ꝛ morbus substãtia. sic̃r ꝛ morb⁹ in numero. qꝛ numer⁹ a reb⁹ nũeratꝭ nõ distiguit̃ sicut nec figura a re figurata. Auerrois

¶ Quid lenitudo. asperitas. raritas et densitas. Doctrina. ii.



Enitudo quoque et asperitas: et raritas et dẽsitas: e quib⁹ rarũ: dẽsum: lene et asperũ designam⁹: quali tatũ quidẽ numero sociãtur: sed habẽt alterã interpretationẽ nimiã cõiũctarũ partiũ videtur ostẽ dere: rarũ cõtra: in quo interuallis freq̃ẽtib⁹ laxior partium videtur esse coniunctio. Quin etiam lene illud proprie videtur ostendere: in qua positio partium ita apte pariliterque digesta est: vt nulla earũ mensure alterius emineret. Cõtra asperũ discrepantia cõiunctarũ partiũ facit. Asperitatem nãque nõ gignit nisi inequalitas partiũ. vt sit longior vna: altera inferior. Ac propterea (vt infit augustinus) hec quidam volũt cathegorie alteri sociare que apud nos iacere: siue vt Augurius quem Augustinus inter doctissimos habet/ voluit/ situs dicitur Claret enĩ vnũquodque earũ partiũ que corpus efficiunt/ positiõe constare. Uerũtamen cũ lene vel asperũ/ vel densum vel rarũ dicimus: qualia demõstramus: eaque oĩa que de his superius explicata sunt: ad interpretationẽ nõ vocabuli sed nature videntur potius pertinere. Qua de causa cogit ratio/ vt hec quoque ĩter qualia numeremus. Ab his igitur quas enumerauim⁹ qualitatibus qualia nominantur: vt lene a lenitate/ a densitare densum/ ceteraque similia. Asperum et lene ꝓpter diuersam partium situationez (vt quibusdam medicis placet) aliqualẽ positionẽ importãt/ qđ alij medici videntur sentire locãtes sub plasmate seu mẽbrorũ figuratione vel forma morbũ in supficie vt leni vel aspera sumẽdo etiã ipaz ꝓut q̃le q̃d extat naturale: non aũt q̃tũ mathematicũ. In sex q̃z pricipijs poretani sumitur augusti⁹ positio ꝓut situs ptiũz et ordo differẽs existit et apparẽs valde vt sessio mõstrat et statio. Et iõ rarũ et dẽsũ asperũ et lene ſm poretanũ nõ videntur positionẽ sic iportare. At q2 positio iuxta Gilbertũ poretatũ sensibilior existit: iõ medici hmõi eũ imitãdo morbũ in positione ordinarũt. differũt tñ ab illo: q2 hi positõe dicũt eẽ situationẽ ptiũ i toto naturalẽ et stabilẽ magis. ille ꝟo nõ solũ nãlẽ verũ et acq̃sitã et celerit mutabilẽ.


¶ De figura corporis. Doctrina. iij.



Orporis aũt iudicãda est figura cõpõne bona eorũ ad inuicẽ ꝓportõe i q̃titate spissitudis: magnitudis ꝑuitatis cõgrua vt nõ sit q̃dẽ caput grossũ subtile collum: pect⁹ strictũ oĩaque mẽbra abiuicẽ dissona: vt his ꝑuis illa sint magna. vt sit q̃dẽ caput ꝑuũ collũ grossũ pect⁹ ab his diuersuz: aut capite ꝑuo totũ ẽ corp⁹ magnũ et lõgũ: pedes breues aut e contrario. h̃ g̃ oĩa (ĩsit haly) in natura ĩuenire mala visui turpia

Sic ergo mēbra adinuicē collata bone ꝓportionalitatis in magno ꝛ paruo.in macie ꝛ pinguedine ꝛ lōgo ꝛ breui. Si etenim sic mēbra inueneris sanitatis signa ꝛ figure est bone cōpositionis.

¶ De speculatione corporis ex colore doctrina.iiij.



Orporis speculatio cōplexiōis ex colore sumit. si etem̄ nō sit culpa vt croce⁹ q̄ malā significat cōplexionē calidā: ꝛ cholere rubee dn̄ationē.aut malā q̄ in epate est calidā cōplexionē: necnō alb⁹ gipseus malā significās cōplexionē frigidā sꝫ ꝛ epatis frigus ꝛ phlegmatis dn̄ationē. Nec niger aut liuid⁹ plūbi coloris similis q̄ malū sig̃t frigide ꝛ sicce cōplexiōis ꝛ frig⁹ epatice ꝯplexiōis ac siccitatē: imo ꝛ dn̄antē cholerā corpi nigrā ꝛ splenis debilitatē. Sꝫ sit ei⁹ naturalis color pulcher ꝛ decēs.s.vt sit illi pfect⁹ decor ꝓm eū q̄ ipi ꝓpri⁹ ē colorē. Et h̄ si est vt si q̄dē alb⁹ est parū supfundat rubore: si fuscus sit clar⁹ tenuis si niger pfect⁹ ꝛ corruscās: labia ei⁹ ad rubor ē declīua: si h̄mōi color fuerit signum est corporis bonam esse complexionem.

¶ De corporis habitudine doctrina quinta.



Abitudo sit corporis vt sit nō exile multū copiā etem̄ significat caloris ꝛ siccitatꝫ: ꝛ est paratū ethice febris aduētui. Nec (vt inquit haly) pingue multū: qm̄ ꝛ hoc multitudinē frigiditatis significat ꝛ humiditatis ac phlegmatis: nec erit h̄mōi a morte secur⁹ subita: aut morborū aduentu tardorum sanationi vt epilepsia. Emigranea paralisis: apoplexia similesq; his morbi. Haly ab bas theorice p̄rio ca.xxxiiij.

¶ De speculatione supficiei ꝛ cutis. Doctrina sexta.



Peculari quoq; cutē opꝫ ꝛ supficiē cutꝫ.hoc est corpis manifestū. Oportet ergo illa intueri loco claro ne forte sit i ea morphea alba aut lepra aut sarpedo petigo ve. Diligētiusq; inq̃rat ne forte in aliquo sit mēbrorū corpis q̄si cocture signū: aut tincture: aut q̄ fiūt in corporib⁹ figure: fiūt em̄ aliq̄n hec lepre cā ne appareat. Si ergo hoc in corpe videris faciem ꝛ genas diligentius consule: ꝛ siquidem inesse videris albedinē lepre signū tibi erit. Sed si vt inq̃t haly locū videris aliquē i colore a reliquo immutatū corpe exq̃re ne forte lepre cā cū sit aliq̄n a tinctura corpus coloratū lauabis ergo illud cū aqua ꝛ parū aceti diligenterq; frica ꝛ cum pāno exterge aspero. Si etenim lepra est apparebit. Et intuere si vlcerum sint in corpore alique macule ꝛ quere vtrum canis illum momorderit quouis tempore ꝛ si contigisse dixerit securus omnino non fiat quin rabidus canis fuerit: eoq; vsq; eiusmodi iudicatur hominum vt Haly vbi supra.

aquam timeat. At vero si corporis superficies omnino munda et his sana fuerit accidentibus iam tunc ad caput convertere.

De speculatione capitis. Doctrina. vij.



Intuere itaq; post hominu capillos ne forte lenes sint et perrari eorumq; productio ab inuicem seiuncta et remota. hec etem corruptione cutis capitis significat et male coplexionis cerebri. Sed ne forte debiles et multu cadetes. hec etem siccitate cerebri designat et cutis capitis extenuatione. Caueas quoq; ne alopicia patiat aut tyria. hec etem oia pessimos portendut in cerebro humores quib9 capilli corrupunt. Si aut his salui sunt capilli in comodis signu tibi sunt cerebri bona esse coplexione. Dehinc aut ipsius capitis cute pspice ne forte sint in ea furfures aut sahafa aut pustule aut vulnerum macule profunde. hec etem significat hos a craneo cecidisse et hoc malu. No etem securus qs est quin ictus superueniat loco huic alicuius a cute rei et pueniens ad cerebrum illud vulneret aut aliqd graue qd infigat et pditione faciat. Speculare quoq; cranei figura: ne sit oblonga tenuis in medio. hoc est em malu dupliciter qm et ad hmoi hominez epilepsia festinat et turpe est visu. Aspice quoq; ne forte amplius iusto magni appareat oculi aut psundati aut alter altero minor. hec etem ta etsi no obsint visui macula tn est et turpe videnti. Et intuere ne forte acciderit illis glaucoma quu prius no fuerit: hoc etem malu aq in oculu descesum significas. Dehinc et oculi pupilla cosidera ne forte sit in ea amplitudo malu em est visus significas effusione et ad eius amissione perduces. scrutare quoq; eius visum cuiusmodi sit in vltimo et in debilitate vt intueat corpora scz variaru figuraru de longe et de ppe. Qd si no optime viderit nec in longinquu eius bn extedit visus aut ecotrario malu est. incomoditatem etem q cerebro accidit significat et spiritui videti. Albu quoq; oculoru cosule ne forte turbatu sit: inutile etenim visui. Qd si cum hoc quoq; oculi rotundi sint queadmodu leonis faciesq; leonis faciesq; eius nodosa elephatia significat. Respice quoq; ad ea oculoru parte q naso continuatur ne forte ab eo humiditas defluat. Qd si videris eande oculi parte exprime: et si videris ea humiditate egredi significat fistula. Si pro hac in parte carne videris superflua: q tanq; ad pupilla dirigat vngula est. Qd si in oculis venas videris rubeas et hoc malu significat et em herisipila. Dehinc etia auditu inuestiga post hec aut et nasum aspice. Dehinc lingua scrutare visu et loqre

ei vt respõdeat ⁊ scrutare vocẽ. Intuere etiã dẽtes inuestiga gin giuas eius ⁊ palatũ. Dehinc cõsule vuã ne forte multũ ceciderit. Inuestiga etiã gulã exterius sic quoq; eas q̃ sub alis sunt glandulas cõsule. Et que in auribus. sed ⁊ pectus diligenter intuere ne forte sit contortũ. Dehinc etiã manus inspicias. Et intuere ne forte cubiti sit aliqua inequalitas. Uiscera etiã inuestiga: ⁊ inq̄re pariter cum his renũ qualitatẽ ac vesice. Nec vero virge qualitatẽ rimari pretereas. Dehinc etiã ani statum intuere ne forte sint emorroides. post hoc ad pedes animũ inclina. Genu quoq; inspice Dehinc etiam crura ne forte sint arcuata. sed ⁊ vẽtres intuere crurũ. Si enim omnia que diximus tibi diligenter perscrutatus fueris. Et oia que dicta sunt ab haly abbate capite. xxiiij. primi theorice ad quẽ lectorem mittimus obseruaueris accidẽtia: corpusq; ab eis omnino sanum inueneris ⁊ omnibus nudũ infirmitatibus in vltimo sanitatis est ⁊ salutis a passionibus: mundum maculis ⁊ vitijs. si sit autem res ecõtrario aut lãguidũ erit illud corpus aut nec sanum nec egrotum.

¶ Liber quintus de sex vltimis predicamentis.

¶ Tractatus primus de actione ⁊ passione.

¶ De facere ⁊ pati qd augustin⁹ senserit. Cap. primũ.



Icta sunt autẽ oia que ad quattuor cathegorias maximas atq; difficiles pertinebãt. Nunc ordo cõmonet vt post qualitatem de facere et pati ẜm traductionẽ diui Augustini caput habeatur. Que duo videntur ex qualitatis fonte descendere: id nãq; qd calidũ facit: calidũ sit necesse est. Calidum vo quale esse cognoscimus. Similiter qd calidũ fit: passionẽ sui accipit qualitatem. Et qui docet: cum docet doctor est: ⁊ discipulũ facit: vterq; autẽ siue doctor siue discipulus qualis est: ⁊ cetera his similia cõsiderata demonstrant: recte has duas cathegorias preposita qualitate tractari: hec duo autem facere ⁊ pati multi dixerunt: nõ posse nisi his que fuerint contraria peruenire. Id enim qd dulce est: dulce non facit: nisi id qd dulce non fuerit. Naz si id qd patitur dulce: sue

Augustinus i suis cathegorijs.

rit: per naturam sui: alterius dulcedinē quo recipiat nō habebit. Necesse est ergo dulce nō esse id qđ patiť: vt dulcedinem recipiat alienā. Ac ꝓpterea cum qđ facit dulce est: ⁊ qđ patiť dulce nō est: necessario dicūtur videri cōtraria. Nōnulli diuersa senserūt: asserentes non posse nisi in similibus inueniri: et sub eodem genere cōstitutis. Nec posse aliquid pati vel facere: nisi simile faciat: aut a simili patiatur. Dulce enim ⁊ amarū: calidū ⁊ frigidū licet cōtraria videātur: tamē cū sub eodē sensu fuerint: similia esse confirmāt. Deniqꝫ ab alienis penitusqꝫ discretis patiēdi faciēdive rationēve dicunt non posse cōsistere. Ut verbi gratia: qd enim faciet numerus in amaro vel quid albedo pati possit a numero. Sed hec sit cōflictio ceterorum. Nobis aūt regula illa augustini sufficiat: vt sciamꝰ facere ⁊ pati genere esse cōiuncta: qualitate discreta. Etenim calidū qđ frigido p̄stat calorē sui: sub eodē genere est quo est frigidū: sed discrepat qualitate ꝙ calet. Et doctus cū docet indoctū: sub eodē genere est; sed qualitate discerniť. Claret ergo facere ⁊ pati genere esse similia: cōtraria qualitate. Sed hec duo: adeo vidētur qualitati nō modo ordine: sed etiā ratione cōiūgi: vt eadē recipiāt que recipere diximus qualitatē. Nāqꝫ ⁊ cōtrarietatē non respuūt: quā q̄litas recipit: ⁊ magis ⁊ minus admittūt: quorū qualitatū tn̄ diximus receptricē.

Quid vere actio ⁊ passio. Caput. ij.



Actio est terminus formaliter: principaliter ⁊ vltimate: per modū actionis significās vel Actio est: secūdum quā in id qđ subijcitur agere dicuntur id est actio logicalis. Est vocabulum vel dictio: ꝺm quā: in id qđ subijcitur agere dicūtur id est secundū cuius significationē formalem: aliquid agere vel agens dicitur: in aliquod subiectū siue in materiā subiectam. Et sic mutať prima ꝑsona pluralis numeri: in tertiā ꝑsonā

singularis numeri: eodem modo quéadmodũ in descriptiõe qualitatis. Et si omittatꝛ hec clausula in id qđ subijcitur. descriptio omni actioni logicali cõueniet. q̃ alias dũtaxat actioni logicali naturali: cõuenire cõperitur. Exemplũ de actione vt sectio est actio secũdũ quã agit secãs. ¶Passio vͦo sic describitur. ¶Passio est effectus illatioqꝫ agentis. Et hec diffinitio sumpta est ex suorũ vocabulorũ connotatione ꝛ significatiõe propria. quã hoc nomẽ passio generalissima ratione siue conceptu generalissimo importat. vt etiã ex tertio physicorũ ꝓm mentẽ Aristotelis colligitur. Et hec diffinitio sic intelligi debet. passio logicalis id est vocabulũ predicamenti passionis: est effectus id est significat effectum: illatioqꝫ id est significat rem ꝓductã agentis id est ab agẽte. Nos autẽ non sentimus cũ his qui sic passionẽ diffiniũt. Passio est effectus illatioqꝫ actionis: nisi acceperint hoc abstractũ scꝫ actionis ꝓ cõcreto scꝫ agẽtis ꝛ tũc melius ꝛ clarius diceretꝛ agẽtis quã actionis.

¶De speciebus actionis ꝛ passionis. Caput. iij.


Species p̃dicamenti actionis sic circũloqui possunt. Actio simpliciter ꝛ actio ꝓm qd. Actio simpliciter: dicatꝛ actio ad substantiã: vt generatio: corruptio. In actiua significatiõe ꝓprie accepte Actio ꝓm qd: intelligatꝛ ea q̃ est ad accidens: vt alteratio: augmẽtatio: diminutio: intẽsio: remissio. Differũt aũt intẽsio ꝛ remissio: ab alteratione tãq̃ species a suo genere Et hoc dico saltẽ species accidẽtales. Nã alteratio est vocabulũ actiõis vel passionis. Intẽsio vͦo ꝛ remisso: videntꝛ esse vocabula relatiua. Spẽs vͦo immediate p̃dicamẽti passiõis. sunt passio simpl'r ꝛ passio ꝓm qd. Vñ passio simpl'r est effectus agẽtis simpl'r: vt generatũ corruptũ. Sꝫ passio ꝓm qd est effectus agẽtis ꝓm quid vt alteratũ: intensum: remissum: auctum: diminutum. Et ita subdiuiditur passio ꝓm quid in Species passionis

passionē ad qualitatē ⁊ in passionē ad quantitatē. Ad dictū illud diui Augustini qn̄ dicit qđ calidū facit: calidum sit necesse est. subaudi ad minus in virtute effectiua ꝓpter solem ⁊ corpora celestia q̄ quāuis formaliter nō sint calida: sunt tn̄ in virtute effectiua calida ⁊ calefactiua. Maxime ꝓpriū est agētis ex se inferre passionē. Et ꝓpriū est passiōis inferri ab agēte. passio aūt in patiēte subiectat̄. ⁊ nō in agente. Arguendo ab oratione actiua: ad oratiōnē passiuā: obseruatis conditionibus: ad hoc requisitis valet cōsequētia ⁊ ecōtra vt bene sequit̄. Simphorianus amat deū: ergo deus amat̄ a Simphoriano ⁊ ecōuerso. Deus amat̄ a Simphoriano: ergo Simphorianus amat deū ⁊ sic de alijs. in tali cōsequentia mutat̄ rectus in obliquū: ⁊ obliquus in rectū. qđ dum debito modo fiat: cōsequētia erit necessaria. Dū aūt nō debito modo fiat: iuxta grāmaticorū institutionē causabit̄ ꝯn̄a nō necessaria: sȝ sophistica. vt ego amo odientē me: ergo ab odiente me amor ego. deberet em̄ potius sic inferre: ego amo odiētem me. ergo odiens me amatur a me ⁊ tunc valeret.

¶ Arbor predicamenti actionis.

¶ Actio duplex.

Simpliciter	Secundum quid
Generatio ⁊ corruptio in actiua significatōe ⁊ ꝓprie.	Alteratio: augmentatio diminutio: intēsio: remissio.



Quesitiuū actionis cicūloquimus per hoc scȝ qđ agit querēs actionē aliquā de prima substantia. Ex quo facile patet illi⁹ predicamēti modus predicandi. qui est predicari de prima substantia: in

eo qd qd agit. Quesitiuū v° passionis est qd patit̄: querens de prima substātia. Et modus predicādi est predicari de prima substātia: in eo qd qd patit̄ vt querēdo qd patitur petrus respōdet̄: instituit̄: nocet̄: percutit̄: agitat̄: videt: lassatur: audit: odorat intelligit. Immo etiā v̄ba p̄sonalia passiua sunt in hoc predicamēto passionis: siue fuerint generis passiui: siue neutri: siue deponentis: aut alterius generis. In actione queritur qd agit petrus: respōdet̄. Currit: stat: scribit: sedet: comedit ꝛc. Unde q̄uis contretum ꝛ suum abstractum: non sunt sinonima simpliciter ꝛ in toto: quia concretuꝫ supponit pro substracto connotatiue ꝛ abstractum suum pro eius connotato connotatiue. Dicuntur tamen formaliter sinonima: quia in formali aut formaliori significationē cōueniunt: tāq̄ in vno propter qd etiam constituunt vnum predicamentum non obstante duplicitate suorū generalissimorū. Predicamenta eñ discernuntur per formales rationes significandi: que vna est ꝛ eadē in concreto ꝛ suo abstracto. Item in actione sunt omnia nomina officiorū: ꝛ dignitatum: q꞉ connotant quandam actionem vt Papa: episcopus: cardinalis: cesar: dux: rex: pincerna: decanus: procurator: iudex: aduocatus ꝛc. Important eñ regimen imperium vel ordinationē que actiua sunt nam regere imperare vel ordinare est agere. Actioni vt quibusdā placet sex partes subijciuntur: generare: corrumpere: augere: diminuere: alterare: loco mouere.

¶ Doctrina prima de vi generatiua.


Generatiua virtus: pars illius est. que non obedit rationi. In somnijs eñ inuoluntarie semen emittimus. verum ꝛ cōmixtionis concupiscentia naturalis est. nolentes eñ in eam mouemur. Operatio autem eius spontanea est in nobis: animalis existens si quidem per organorum motum perficit̄. Et abstinere continereq̄ꝫ impetum hunc: in nostra situm est potestate. Organa vero seminaria virtutis sunt: primū quidem: vene

et arterie. In his eñi germinabile hũidũ trãsmutato sanguine: primũ generatur: sicut in vberib⁹ lac. horũ aũt nutrimẽtũ vasoꝝ: est humor hic. Eteñi in principio ex spmate generationẽ hñt. Si qdem cũ arterie ꝛ vene ad sanguinẽ ad germinabile hũidũ vt nutriatur: emittũt: qd supabũdat ab alimẽto eoꝝ: germẽ fit. Ascẽdit eñi primo p multã circuitionẽ ad caput: rursusqꝫ p duas venas ꝛ totidẽ arterias a capite descẽdit. Vñ si qs venas absciderit q sunt iuxta aures: in foecundũ aial reddit. Similr aũt venas q sunt circa co racidas venas incidẽs: aial facit sterilescere. porro Aristoteles ꝛ Democrit⁹ nil volũt mulieris semẽ ad pueroꝝ generationẽ ꝯferre: qd eñi a mulieribus emittitur particularẽ sudorẽ esse magis qꝫ germẽ cẽsent. Galen⁹ ꝟo spma qdẽ emittere mulieres ait: ꝛ mixtionẽ vtroꝝqꝫ: foetũ ꝯstituere: nõ tñ perfectũ germẽ esse: veluti qd est viri: sꝫ indigestũ adhuc ꝛ humidi⁹. Tale aũt existẽs mulieris germẽ: virilis germinis fit alimẽtũ. Ex ipso deniqꝫ particula quedã mẽbrane foetũ ꝯtinẽtis (ꝛ supfluũ matricis) ꝯflatur: atqꝫ mẽbrana illa receptaculũ existẽs supfluitatũ foet⁹. Ceterũ ꝫm gen⁹ vniuscuiusqꝫ aialis: tũc marẽ femina recipit: cũ ꝯcipe põt. Que g semp ꝯcipe queũt: semp cõmixtionẽ recipiũt: vt gallinę: colũbe: et hõ: qꝫuis quedã post ꝯceptionẽ cõmixtionẽ refũgiũt. Galline aũtẽ qm p singulos fere dies ꝯcipiũt: recipiũt cõmixtionẽ. Mulieres aũt vt in aliis suis opationib⁹ liberũ arbitriũ habent: ita ꝛ in cõgressiõe: q est post ꝯceptionẽ. Alia eñi aialia (vt inqt diu⁹ Gregori⁹ nicenus) nõ a seipsis sed natura reguntur: ꝛ mẽsuras tẽpusqꝫ diffinitum suscipiunt.

Aristoteles. Democritus. Galenus

¶ Quid generatio quidve corruptio Doctrina. ij.



